

11.

THESES,

QUAS,

CONSENTIENTE AMPLISS. FACULT. PHILOS.
IN EXERCITIUM STIPENDIARIORUM

PROPONIT

Mag. CAROLUS REGIN, SAHLBERG,
Histor. Natur. & Econ. Prof. P. & O.
Acad. h. a. Rector.

RESPONDENTE

PETRO PHILIPPO LINDFORS,
Stip. Publ. Nylando.

In Auditorio Philos. die XXVII Novembris MDCCCXXIV,

horis a. m. consuetis.

ABOÆ, Typis FRENCKELLIORUM.



Thesis I.

Varias inter notas características, quas proposuerunt Naturæ Scrutatores, limites inter Regnum Animale & Vegetabile certos posituri, haud minimi ea est momenti, quam exinde sumserunt nonnulli, quod Animalia, cum comburuntur, odorem exspirent ammoniacalem, ex vegetabilibus crematis non sentiendum. Attamen animalculis minutissimis examinandis hicce character adhiberi non potest.

Thes. II.

Quam in diversitate nutrimentorum, quæ capiunt Animalia Vegetabiliaque, quæsitit inter utrumque Regnum differentiam MIRBEL, & quam deinde adamavit SMITH, corporibus scilicet organicis *illa*, inorganicis vero *hæc* nutriri contententes, ubique non valere, jure urgent haud pauci rerum naturalium curiosi.

Thes. III.

Dixerunt Physiologi, Animalia respirando oxygenium ex aëre atmosphærico assumere, & gas irrespirabile eliminare, Vegetabilia vero e contrario Carbonium attrahere & gas Oxygenii exhalare. Quamvis vero non negari potest, phænomena hæc in universum locum habere, constantem tamen & ubivis conspicuam eadem præbere utriusque Regni a se invicem discernendi notam, contendere haud audemus.

Thes.

Thef. IV.

Licet experimentis Chemicorum, quæ hucusque instituta fuerunt, satis demonstratum esse videatur, azotum in mixtione corporum Animalium, carbonium vero in Vegetabilibus prævalere, neque tamen hæc nota, maximi quamvis de cætero sit pretii, Zoophytis & Plantis Cryptogamicis minimis a se invicem distingvendis sufficit.

Thef. V.

Notarum vero, quæ ad ambitum utriusque organici Regni Naturæ determinandum hætenus inventæ sunt, omnium, vix ulla tanti censenda est momenti, ac anatomicus ille character, quem proposuit RUDOLPHI, fabricam corporis animalis a materia componi mucosa, substantiam vero vegetabilem a principio celluloso constitui, urgens.

Thef. VI.

Quin nexus, quo inter se junguntur Regna Naturæ organica, intimior sit, ac affinitas horum cum regno inorganico, nihil est dubii. Sed tanta tamen est multis corporum organicorum speciebus cum quibusdam Mineralibus, si earum formam respexeris, similitudo, ut notis externis a se invicem discerni vix possint.

Thef. VII.

Ut in eo differant corpora organica ab inorganicis, quod illa *Intussusceptione*, hæc vero *Juxtapositione* incrementum capiant, communis diu fuit sententia. Hanc autem differentiam non ubique habere locum, contestantur observationes bene multæ, quibus constat, corpora quoque organica quædam ejusmodi externa ad crescere appositione.

Thef.

Thef. VIII.

Æque fallax ille est character, qui, ad distinguenda corpora organica ab inorganicis, exinde sumitur, quod hæc homogeneis illa vero heterogeneis composita sint partibus.



Thef. VI.

Quin æque duo inter se insistentur Naturæ Naturæ or-
gæ, ininter se, ac similes habentur in se, ut in inter se,
quod est dicitur, sed tamen tamen in multis corporum organ-
icorum speciebus cum dicitur, in similibus, et tamen
formam vegetantur, similitudo, in tunc exterioris, ac interioris
inter se vix possunt.

Thef. VII.

Ut in eo differant corpora, et tamen ab inorganicis, quod
in inorganicis, hæc vero dicitur, in inorganicis
capant, composita sunt in se, hæc autem dicitur,
tamen non tamen habere formam, tamen in inorganicis
hæc tamen, quod tamen, composita sunt in se, hæc
dam tamen, in inorganicis, tamen tamen.